

**Dissertatio medica inauguralis, de opio quaedam complectens / [Edward Harrison].**

**Contributors**

Harrison, Edward.  
University of Edinburgh.  
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

Edinburgi : Balfour et Smellie, 1784.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/jxzat5hs>

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>


PC 5  
24

Tracts 2002 (1)

13



PC5



DISSERTATIO MEDICA


INAUGURALIS,

DE

O P I O

QUÆDAM

COMPLECTENS.



PROPOSITIO PRIMA

DISSERTATIO MEDICA

ANACURALIS

DE

OPHITHALMIA

GENERA

COMPLECTENS

PROPOSITIO SECUNDA

C. S. Sherrington

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE

O P I O

QUÆDAM,  
COMPLECTENS.

QUAM,  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,  
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subijcit

EDVARDUS HARRISON,

ANGLUS,

Societ. Reg. Medic. Scotic. Soc. Extraordinarius;  
Praefes Annuus.

ET

Societatis Ch. Physicae Socius Honorarius;  
Praefes Annuus.


NEC NON

Soc. Regiae Antiquar. apud Scotos;  
Soc. Correspondens.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:  
Apud BALFOUR et SMELLIE,  
Academiae Typographos.

M, DCC, LXXXIV.



DISSEMINATIO MEDICA  
LINAUGURALIS

DE

O P I O

QUADAM  
COMPLECTENS

QUAM  
ANNUNTIAE SOMNO NUMINE

EX ANTONIO ROBERTO, MEDICO Viro

D. GUILIELMI ROBERTSON, M.D. F.R.S.

ACADEMIAE EDINBURGHENSIS

MEMBRUM

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMIAE

EDINBURGHENSIS FACULTATIS MEDICAE

PRO GRADU DOCTORIS

CONFERRE ET MENTIS AUREAE

ILLIUS INSCRIPTAE

EDINBURGHENSIS FACULTATIS

EDVARDUS HARRISON

ANGLUS

Societ. Reg. Medic. Lond. Soc. Edinburgens.  
Pract. Anst.

Societas Ch. Physic. Soc. Hibernic.  
Pract. Anst.

Soc. Regiae Anglorum Soc. Edin.  
Soc. Chirurg. Lond.

Ad hanc et hanc hanc hanc hanc

EDINBURGH  
APUD BALFOUR & SMELLIE

Alchemie Typog.

MDCCLXXV

Reverendo, illustri, ornatissimoque viro

GALFRIDO HORNBY,

WINWICK IN COMITATU LANCASTRIÆ RECTORI,

Neque ut familiae dignitatem,

Neque ut morum suavitatem, comitatemque,

Propter quas omnes te merito colunt,

Perlustrem,

Hanc tibi dissertationem dico ;

Sed potius ut, quae nunquam

Meis confanguineis erit facultas rependendi,

Beneficiorum tuorum haud immemor esse videar :

Nec



Reverendo illi, orationibus etc.

G A L L E R I D O H O R N B Y

WIRWICK IN COMITATU LANCASTRIÆ Rector

Necne ut facillius dignitatem

Necne ut auctorem hujusmodi committentem

Propter quos omnes te merito colam

Postquam

Hanc tibi dissertationem dices

sed potius ut, quae rursus

Meis congruere erit facultas referenda

Tuamque tuorum hanc immemor esse videat

WIRWICK IN COMITATU LANCASTRIÆ Rector

Nec non,

Viro spectatissimo

PAULO HARRISON,

ARMIGERO;

IN LANCASTRIÆ COMITATU

Chirurgo perito,

Patruo suo semper colendo,

Ob innumera beneficia, et documenta,

Praesertim de variolarum insitione,

Quam artem ipse inter primos exercuit,

Et felicissima experientia ampliavit.

Valete,

Viri optimi,

Et inter innumeros vobis devinctissimos

Semper habite devotissimum

EDVARDUM HARRISON.

Mr.

Law

P A U L O H A R R I S O N

with the best Wishes

of his sincere friend

J. Harrison

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Page 11 *pro solo lege foli.*

— 24 *pro quos lege qui.*

— 24 Supple FEBRES.

— 31 *pro praestant lege praestat.*

Et alia plurima, quae auctoris incuria fuit.

E D V A R D U M H A R R I S O N

DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

O P I O.

QUÆDAM COMPLECTENS.

P R O Æ M I U M.

**I**N medicinae munera summosque honores ingressurus varia argumenta evolvebam, quid utile esset, quid non, pendebam. Tandem ut de opio conscriberem me impulit rei dignitas, et momentum. Ex innumeris fere pharmacis, quae fors obtulit, aut solers hominum ingenium exquisivit, plurima, verborum ritu, obsolescunt, non pauca, ad mutabilem labentis aevi opinionem renascuntur, vicissim peritura. Opii autem apud omnes stat perennis honor.

†

A

Quinimo

Quinimo, inquit Sydenhamus, ita necessarium est in hominis periti manu, ut sine illo manca sit ac claudicet medicina; item Platerus et Sylvius aiunt, se nolle esse medicos, si opium non esset. Idcirco meas, atque omnium, qui medicinam colunt, partes esse judicavi opii proprietates, et varios effectus ex probatissimis auctoribus colligere, et in schedis ordinatim reponere; unde, veluti ex promptuario, copiam utilium rerum in gravibus subitisque casibus expeditissime haurire possimus. Quae proinde collectanea in proprium usum subsecivis horis comparavi, haec amplissimae academiae bona venia in lucem profero; non eo quidem orationis nitore, quo exoptassem, concinnata; neque lucido forsan ordine, quem res desiderat, disposita. Hoc autem nomine apud meos iudices me excusatum volo speroque, quod opus non minus difficile quam grave et necessarium aggrediar. Non animus, non industria; sed spatium et vires defuerunt.

## C A P U T I.

§ 1. *Opium naturalis historia, ejusque in vetere medicina existimatio, a Clerico, Friendio, Allstono, et Trallesio petendae, qui, quaecunque huc pertinent, ex optimis fontibus collegerunt,*

collegerunt, et fufius, quam hic fieri potefl, expofuerunt. Convenit tamen, opinor, contractiorem harum rerum hifloriam, quafi per introitum ad proprium hujus opufculi negotium, inire.

Papaver fonniferum calycibus capsulisque glabris; foliis amplexicaulibus incifis,} Linn. Spec. Plant. ea papaveris fpecies efl cujus omnes, quotquot fint, varietates opium praebent. Afliae calidioris vera incola habetur. In Europae auflralis quoque arvis hortisque fatif laete floret. Opium vero omne, quod in officinis profltat, ex India, Perfia, uti et ex Ægypto, advehitur.

Diofcorides et Plinius duplicem papaveris fuccum commemorant; eumque, qui ab incifis capitulis concrefcit; opium, qui ex capitulis cum foliis contufis exprimebatur, Meconium vocarunt. Prius horum, Bontio auctore, Affion efl Indorum, qui vilius etiam extractum, nomine Pouff; ex foliis et caulibus per decoctum parant. Sed extractum flirpis, item fuccus ab expreffione inffiffatus, multo minus refinæ, atque adeo efficaciae, quam verum opium, habere Alflono deprehenduntur. Dubitarunt plurimi an hodiernum in Europa venale opium ejufmodi efllet, quod incifa capitula exfudant; verum potius meconium eflle cenfentes;

parciore;

parciore, ut illis visum, prioris proventu inducti. Praeterquam vero quod opium ex indigeni papaveris capitulis per incisionem paratum orientali opio omnibus notis simile sit; recentes et fide dignos habemus auctores hanc conjecturam refellentes; et in his perspicacem Kerr, qui, quomodo ab ipsis capitulis eliciatur genuini opii copia ad medicinae et commercii commoda, exemplo Indorum edoctus explicite narrat\*.

Hippocrates opium nostrum ignoraret, an potius ab ejus usu abhorreret parum constat, aut refert. Celsus quidem rem medicam Graecorum et Romanorum exponens, lacrymae papaveris meminit inter anodyna, quibus tamen uti, nisi nimia necessitas urget, alienum esse existimat. Deinde Galenus, cum de opii noxis refrigerantibus nescio quid somniavit, diuturnam et immeritam infamiam divino remedio intulisset. Etsi enim antiqui medici quaedam medicamenta, quae opium continent, magnifice efferebant, non adeo multam tamen opio virtutem tribuisse videntur, quod farragine immensa alexipharmacorum obscurare et coercere solliciti erant, quasi ipsum antidotum suis etiam antidotis egeret. Hujusmodi sunt Philonium a Philone inventore

\* Lond. Med. Obs. et Inq. Vol. 5. Art. 28.

inventore dictum, Galeno laudatum: Mithridatum Damocratis, de quo Plinius gloriosius praedicat: Theriaca Andromachi archiatri Neronis: Item Pilulae de cynoglossa, quae Trallianum auctorem habent. Ita factum est ut posterioribus seculis, dum Galeni auctoritas praevalebat, timide et in scite adhiberetur. Iatrochymica secta suam opio vindicabat famam. Inde autem coeperunt agitari quaestiones de elementis chymicis.

Alii tunc in salino quodam principio, alii in sulphureo, vim opii omnem residere conjectabant. Pluribus autem adhuc visum est virtutem ejus anodynam deletrice quadam noxa contaminari, cujus igitur expulsionem, aut mitigationem, pro suo quisque more et praejudicio, sibi proposuit. Et hae quidem de natura opii opiniones priore seculo increbruerunt.

§ 2. *Opium analysis et praeparatio*, Analysis chymica fortiore igne facta, ut in explorandis opii proprietatibus, sic in ejus praeparatione, fere inutilis est. Ea enim deturbantur et dissipantur principia, quae aliud concretum ab alio naturaliter distinguunt. Itaque magis ad rem pertinet solutio leni calore menstruisque idoneis facta. Hujusmodi experimentis compertum est opium ex gummi cum aequali



quali fere parte resinae constare. Haec alcohole, illud aqua optime extrahitur. Tam arctus vero est inter utrumque nexus, ut aqua resinae partem, et spiritus vini rectificatus multum gummi abripiat. Spiritus vini tenuior, vinum quoque generosum, utramque partem solvit. In utraque horum, si opium infundatur, medicamentum habes ad omnes opii effectus praestandos idoneum. Annon paulum diversos, vel potius debiliores praestet syrupus capitum papaveris, dubitandi locus est; quum diuturna opii ex aqua coctione pars ejus resinosa resolvi, et oleosam spumam dimittere videatur †. Avolat etiam inter decoquendum graveolens vapor, quem tinctura servat. Et hac praecipue de causa infusa, decocta, et extracta, quae per aquam fiunt, singula, tanquam mitiora quam ipsum opium, aut meracior ejus resina, a plurimis aestimantur. Missa facio caetera artificia fere innumera, quae opii emendandi, vel mitigandi causa, proposita fuerunt; quum nulla sit adhuc inventa methodus, quae noxas pellat, et salutarem ejus efficaciam non simul minuat. Nimirum, quod de potentissimo quoque remedio, idem de opio dicendum sit, noxa in abusu est.

“ Nil prodest quod non laedere possit idem.”

C A P.

† Neuman. Chem.

## C A P U T II.

His praepositis, ad effectus opii veniendum est: Quos, quum aliter atque aliter, pro corporis constitutione, consuetudine, pro modo quoque, et tempore utendi, eveniant, ad certa capitula referam; ita enim exceptiones, et varietates ex his causis natae, distinctius adnotari possunt. Ac primum ab effectibus ejus in sanum corpus ordinandum est.

§ 1. *Pulsus arteriarum paulisper frequentiores, deinde rariores facit.* Trallesius multarum rerum, quas et ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus asseverat, et a minuta, et a largiore opii dosi, motum sanguinis augeri, pulsumque accelerari; quanquam, vel finita operatione, vel aucta ultra modum dosi, quae necem adferre possit, eveniat ut pulsus ex celeri tardus et debilis reddatur. Boerhaavium, Friendium, Hallerum, caeterosque magni nominis auctores, adducit docentes motum sanguinis ab opio augeri. His ergo opium inter remedia, quae cor arteriasque recta stimulant, annumeratur. Contra, Willisius, Hoffmannus, Whytt, aliique plures, pulsus ab eo rariores et debiliores fieri

fieri-affirmarunt : Nec unquam vim stimulatricem ex mediocri ejus dosi agnoverunt. Tantum mihi non arrego ut hanc controversiam dirimere possim. Id saltem notatum velim, quod saepe nimis confidenter et absolute ex utraque parte pronunciata fuerit sententia, praeoccupato animo concepta, potius quam ex propriis experimentis deducta. Sed et ipsa experimenta aliquos fefellisse probabile est ; sunt enim variae erroris causae, quas hic suggerere non alienum est.

*1mo*, Si vehemens dolor pulsum acceleravit, opium dolorem sedando pulsum quoque sedare potest.

*2do*, Temere judicaret quisquis eosdem in diversis corporibus effectus ab opio exspectaret. In aliis animum incendit ; in aliis lenit, et somnum citius conciliat. An fieri potest, ut utrisque pulsus pari gressu procedat ?

*3tio*, Neque utique credendum est experimentis in animalia factis, si eodem tempore, quo opium agat, vinculis et vulneribus torquentur.

*4to*, Ubi stimulantia medicamenta una cum opio, uti antehac mos fuit, exhibentur, ipsius opii effectus parum discernitur.

§10, Verifimile est male intellectas, aut indiligenter ob-  
 ſervatas pulſus mutationes multis occaſionem diſſenſionis  
 praebuiſſe. Oportet autem ab his erratis abſolvere inge-  
 nioſum Bard, qui in ſemetipſo et amicis ſuis vim opii ſe-  
 dantem plus ſemel expertus eſt. Bona ſcilicet valetudine  
 dum fruenterur, opii puri granum cum ſemiſſe aſſumebant,  
 et pulſuum numerum, neglectis caeteris arteriae conditio-  
 nibus, notarunt. Poſt dimidium primae horae elapſum,  
 pulſus de ſolita frequentia remittere incepit, et exinde ma-  
 gis ac magis per plures horas rareſcere perſtitit. Primae  
 autem ſemihorae intervallum ſilentio tranſit auctor †.  
 Hoc pulſus negotium, cum uſus opii in multis morbis ab  
 eo pendere videatur, explicare exoptabam; ideoque ten-  
 tamina ſequentia, jejuno ventriculo, et requieto corpore,  
 iterum atque iterum ſuſcepi. Unicum primo granum,  
 cum adhuc opio infuetus eſſem, devorare viſum eſt: Nun-  
 quam vero id devorare ſolitus ſum, antequam bene man-  
 ſum eſſet, et ſaliva penitus dilutum. In proxime ſequente  
 exemplo, opium intra quartam horae partem ante primam  
 pomeridianam aſſumptum fuit, quo tempore pulſus 76  
 ſingulis minutis micabant.

†

B

Exper.

† Vid. Bard diſſertat. inaug. de opio.

Exper. 1. Tempora	1	$1\frac{1}{4}$	$1\frac{1}{2}$	$1\frac{3}{4}$	2	$2\frac{1}{4}$
Pulfus	78	71	68	70	72	69

Tempora	9	$9\frac{1}{4}$	$9\frac{1}{2}$	$9\frac{3}{4}$	10	$10\frac{1}{4}$	$10\frac{1}{2}$	$10\frac{3}{4}$
2. Pulfus	183	202	220	204	200	184	198	194
3. Pulfus	213	221	218	212	204	204	202	184
4. Pulfus	194	197	204	198	200	196	200	195
	590	620	642	614	604	584	600	573

Tempora	11	$11\frac{1}{4}$	$11\frac{1}{2}$	$11\frac{3}{4}$	12	$12\frac{1}{4}$	$12\frac{1}{2}$	$12\frac{3}{4}$
2. Pulfus	195	194	197	198	196	191	185	185
3. Pulfus	196	189	195	186	189	195	179	187
4. Pulfus	186	185	190	193	186	186	183	183
	577	568	572	577	571	572	547	555

Tempora	1	$1\frac{1}{4}$	$1\frac{1}{2}$	$1\frac{3}{4}$	2	$2\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{2}$
2. Pulfus	183	179	183	187	184	185	187
3. Pulfus	175	175	179	177	176	181	181
4. Pulfus	186	197	195	194	183	182	180
	544	551	557	558	543	548	548

Dum postremis his experimentis occupatus essem, pulfus ad clepsydram tria horae minuta mensurantem numeravi. Idem singulis diebus jentaculum leve hora 7ma matutina. In 2do experimento opii granum iis, in tertio grana ii. et quarto iis assumpsi. Granis duobus degluti-

tis,

tis, post elapsam sextam horae partem, ex 213 ad 227, id est, ex 71 ad 75 et ultra increbuerunt. A granis iifs. elapsis quatuor horae minutis, ex 197 ad 202, vel 66 ad 68. Alias pulsus conditiones non facile est, nisi erudito tactu, discernere. Veruntamen, nisi multum fallor, robur arteriae, et sanguinis momentum, cito post assumptum opium, non mediocriter augebantur. Utrumque autem, post primam horam minui, et hoc eo citius, quo major fuerit dosis, comperiebam. Has vero pulsus notas attendamus oportet, ubicunque de vi alicujus medicamenti stimulante, vel sedante, quaestio est: Namque numero solo, quum tam facile mille res turbant, male creditur. Hoc ipse observavi, quod si quando post primam horam (enim vero ante id tempus omnino quietus eram) leniter in conclavi deambularem, pulsus mihi semper per aliquot exinde minuta tardius micabant. A majoribus dosibus dolor frontis gravativus, levi cum vertigine, molestabant. Tantum autem abfuit, ut somnum inducerent, ut potius usque ad multam noctem fugarent.

Lo plus temporis et laboris in hac re posui, quod ex tot experimentis de opio habitis nulla mihi videbantur satis exponere mutationes, quae a diversis ejus dosibus in pulsu sani hominis fiant. Ab exitiali dosi pulsus magnus,  
paulatim

paulatim rarior, et tandem sub exitu vitae intermittens evasit \*. Adolescentulae, dum a sesquidrachma laudani liquidi sopita jaceret, pulsus plenus, tardus, at aequalis fuit †. Denique, in eo consentiunt fere omnes auctores, quod ex ea ejus dosi, quae vim veneni habet, pulsus tandem fiant lentiores. Si Doct. Whytt fides habenda, perpetuum est, ut in apoplexia omni, a narcoticis non orta, pulsus finem versus crebrescant ‡. Ex pulsu igitur aliquando causa soporis apoplectici dignosci potest.

Graves inter medicos controversia fuit, utrum vis cordis ab opio minueretur, necne. Nempe Hallerus, postquam suis et aliorum experimentis cognovit, cordis actionem caeteris functionibus superstitem esse, et post abolitum etiam intestinorum motum eam renovari posse, credidit ab opii quoque viribus immunem perstitisse §. Huic ve-

16

\* Allston, Med. Ess. vol. 5. a. 12.

† Whytt on Vit. and Invol. Motion.

‡ Whytt Phys. Ess.

§ Mem. sur les part. sens. et irrit. t. 4. Profitetur idem illustr. auctor, se nunquam eo pervenire potuisse, ut canem opio necaret; atque inde argumentum suae opinionis desumit, quod quam ineptum sit declarant experimenta Doct. Mead et Bard, quorum uterque suum canem confecit.

ro refragantur Doct. Whytt, et clarius adhuc praecl. Monroii nostri experimenta. Cordis ipsius externa facies infuso opii aquoso demersa est; non ita multo post, vim omnem contrahendi amisit\*. At pauxillum ejusdem infusi in venam abdominalem ranae instillatum, simul ac interiorem ejus superficiem attigit, multo citius eundem effectum praestitit†. Demonstrant quidem Monroiana experimenta, interiorem superficiem, tum arteriarum tum maxime cordis, vehementer ab opio affici, et exinde totum corpus in consensum trahi. Exempta enim medulla spinali, aut discissis, quae ad inferiora membra tendunt, nervis; utroque in casu evenit, ut infusum opii convulsiones, paralyfin, et mortem inferret. Comperit Whytt, cor ab opio non tam cito in eis ranis quiescere, quibus medulla cerebri atque spinae antea detracta fuisset: Atque inde sibi persuasit, effectus opii non nisi per nervos ad sanguiferum systema propagari. At non satis animadvertit, quod in ranis revera accidit, sanguinis in extremis vasibus circuitum pariter et actionem absorbentium fere statim cessare, postquam cerebrum et medulla spinalis fuerunt exempta. Quum vero hac substantia, quae consensus nervosi sola origo est, destructa, effectus opii cum toto corpore communicarentur,

\* Whytt Physiol. Ess.

† Ess. Phys. and Lit. vol. 3. art. 13.



municarentur, sequitur ut aliqua pars opii per absorbentia in sanguiferum systema intrare possit. Probabile tamen est, nervos praecipue vim opii et pati et communicare. Quantumcunque enim ejus in circuitum recipiatur, id solummodo agere credo stimulando nervulos, qui intra cor vasaeque sanguifera distribuuntur. Quinetiam, quanta vi et celeritate in nervosum genus agat, aliis ejusdem praecl. Anatomici experimentis pulchre ostenditur. Norat ipse futurum esse, ut nervi suscipiendis et transmittendis impressionibus inepti mox evaderent, si sanguis ad eos progrediens ex toto intercluderetur. Quamobrem expeditissima usus est methodo opii sic adhibendi, ut pro certo cognosceret utrum ab opio, an propter cessantem sanguinis circuitum, rana interiret; scilicet, exsecto corde, guttas xxx infusi opii in abdomen indidit: Hinc ante elapsum spatium, quo animal sine opio emortuum fuisset, convulsiones et paralyfin subsequens observavit.

§ 2. *Animum hilarat.*—Mira adeo, et fere singularis est haec opii vis, ut jure quidem Sydenhamus praestantissimum cardiacum esse statueret. Quocirca Turcae atque iis vicinae gentes, quibus vinum potare religio est, suum Masslach ex opio confectum in deliciis habent. Eo, tanquam merum ingurgitassent, commoti bellis atque periculis

culis intrepide se objiciunt. Hic vero notabile est quo ferat et quantum consuetudo. Mahumetes isti scrupulo vel ultra devorato ne minime quidem afficiuntur: Solita vel plusquam solita quantitate ad Martis Venerisque praelia incitantur. Qui autem ex Europaeis opio minus dediti sunt, his granum unum vel duo animi tranquillitatem et placidam quietem conciliat: Et si dosis ultra quam satis sit ad hunc effectum consequendum progrediatur, eos ad vitae munera exequenda omnino ineptos reddit. Quinetiam admodum adaucta dosi delirium, et deinde sopor apoplexiam referens, superveniunt. Nimii autem opii heluones eadem fere incommoda quae ebriosis patiuntur. Desinentem enim ejus energiam excipiunt tremores, cephalaea, stupiditas, debilitas, et moestitia. Quod de vino idem de opio experimur. Non omnes homines temulenti ex vino iisdem pathematibus afficiuntur; nonnulli moesti, alii iracundi, alii hilares †. At in primis horis hilaritas multo saepius quam morositas utrumque sequitur cardiacum.

Fertur etiam opium vehementer ad venerem incitare. Nil mirum est quidem quod mentem dum erigat, ad voluptates

† Cullen Mat. Medic. De Corter Medic. Dogmatic.

luptates disponat. An igitur credenda est anilis ista historia de Turcarum priapismo, quam graves auctores ab Ephem. German. transcripserunt †? De virtute ejus spermatopoeia aliqui hallucinati sunt. Sed hujusmodi ineptias libens praetermitto.

§ 3. *Sensum obtundit.*—Hunc effectum in humano corpore praestat opium, sive ventriculo ingeratur, sive in alvum ex inferiore parte immittatur; eo tamen discrimine, quod major ejus quantitas per clysteres injiciatur oporteat, ut parem effectum in hominibus edat. Experimenta de opio in variis animalibus capta, summam, ab externa ejus applicatione,

† “ Ad Hungariae oppidum Lewentz trucidati olim Turcae viriles scaphas erectas rigidasque habebant, ex opii usu, quod in praelium ituri ad animositatem et audaciam acquirendam largiter deglutiunt.” Tralles. *usus op.* pars I. p. 130.

“ Habet opium, nisi me omnia fallant, cum reliquis aphrodisiacis quae stimulantia vocamus, hoc commune, ut primo impetu excitam forte et coactam venerem urgeant, postea autem languorem ad opus venereum, nulla arte corrigendum, relinquunt ”

Ludwig. *Adversar.* vol. I. p. 513. Videtis etiam Hoffman. *oper.* tom. v. de opiat. operatione.

applicatione movere possent expectationem. Siquidem super integram ranae cutem infusum aquosum opii impositum, eum movendi, tum sentiendi facultatem abolere potest. Potentius autem agit si ad internam cutis superficiem admoveatur†. Ex quo usus opii primum innotuit, vim ejus extrinsecus admoti anodynam auctores pro concessio fuebant. Quare celebrata fuerunt linimenta atque varia epithemata, quae opium habent. Quorum tamen efficaciam, quantum ab ipso opio pendet, recentiores medici indubium revocarunt. Alstono dictum est, opium si extrinsecus admoveatur, discutit, dolorem levat, somnum infert; imo eosdem fere effectus edit ac interne assumptum. Idem vero auctor opium circa manum ligavit, atque ibi diu detinuit, neque quicquam ab eo effectum percepit‡. Sic Bergius “Opium, externe cuti applicatum, agit stimulo et insimul sopiendo. Si diutius supra cutem manet, rubedinem vel vesiculas excitat, ubi nimirum cutis tenera est opiumque recens ||;” Insuper Cel. Chirurgus Louis, ex multorum experimentis id saltem colligit, quod opium cuti impositum dolorem partis non mi-

†

C

nuat;

† Cl. Monr. Exper. 4. et 6. Phys. et Liter. Ess. v. 3. A. 13.

‡ Edinburgh Medical Essays, v. 5. A. 12.

|| Mater. Med. tom. 2.

nuat†. Equidem fatendum est, linguam, nares, oculos, et nudatam cutem stimulare. Annon vero post finitum stimulum possit etiam naturalem harum partium sensum hebetare, restat inquirendum. Solent chirurgi Londinenses opium cum cauteriis potentialibus miscere, atque ita horum irritatio, uti creditum est, lenitur; salva tamen vi caustica. Hanc vero praxin nonnulli inutilem existimarent. Quo rectius de hac re judicarem, utrique simul brachio epithema causticum applicavi, quorum unum caustic. lunar. pulv. gran. iii. glycyrrh. pulv. gran. iss. alterum caustic. lunar. gr. iii. opii pulv. gran. iss continebat. Ex utroque dolorem urentem percipiebam: Id vero, cui opium admistum fuisset, aliquanto minus molestum. De tractis post quatuor horas emplastris, apparuit illud sine opio confectum, potentius multo, et profundius subjacentes partes exedisse. Unum ulcusculum post crustae separationem lotionem saturninam fovebatur; alterum solutione opii aquosa. Haec dolorem statim excitavit, qui tamen paulo post, citiusque quam a saturnina lotionem penitus cessavit. Quicquid autem sit, de externo opii usu statuendum, procul omni dubio verum est, id intus sumptum sensus

† Recueil de pieces qui ont concouru pour le prix de l'Acad. Roy. de Chirurg. Vide etiam Plenck observat. Chirurgic.

fus plus minusve, pro ratione quantitatis assumptae, obtundere, largamque dosin nunquam non eos penitus abolere.

§ 4. *Ventriculi et intestinorum actionem reprimi.*—Vere quidem de anodynis praedicavit Celsus dicens stomacho aliena esse. Namque opium devoratum, ut semel ventriculi interiora attigit, protinus vim suam exercens sui ipsius et ciborum concoctionem impedit. Adeoque mediante quem primum offendit ventriculo, vis opii in reliquum corpus, maxime in nervosum genus, brevi diffunditur. Hac ratione id agere declarant phaenomena et in vivis et in mortuis observata. Plerumque enim de anorexia, et ventriculi gravitate post assumptum opium conqueritur. Dyspepsia quoque eorum, quae ejus usum sequuntur, fere constantissimum est incommodum. Pari autem ratione qua ventriculi actionem imminuat, ciborum hebetat appetentiam: Quam ob causam, Indi ad Gangem accolae, cum nuper horribili fame devastarentur, magno id pretio conquirebant †. Canis grana triginta opii devoravit; exinde alte dormivit; at post sex horas elapsas, ventriculo resecto, opium apparebat vix uno grano diminutum ‡.

Hic

† Kerr, l. c.

‡ A. K. Boerha. Impet. fac § 437.

Hic ventriculi torpor facile cum reliquo ductu alimentario communicatur. Plerumque igitur a parvula dosi alvus tarda; a nimia ex toto suppressa est. Quod ex deridito intestinorum motu proxime pendere docent fecutiones brutorum animalium, quae opio sopita sunt †. In his enim non modo plerumque elanguet motus, sed vix aut ne vix resuscitatur stimulis admotis.

§ 5. *Excretiones omnes praeter expirationem cohibet.*—

Opium acrimonia sua et nauseosa amaritudine efficit, ut si quis id paulisper mandit, saliva copiose profluat, et vomitus etiam aliquando moveatur. Paulo post autem oris siccitatem, interdum cum siti creat. Mucus faucium et tracheae parcius fecernitur, aut certe non excreatur. Bilis quoque et urinae, quantumcunque earum a sanguine fecernatur, receptaculis propriis continetur: Atque adeo in sectis animalibus vesica fellea et urinaria distentae saepe conspiciuntur ‡. Interea vero expirationi insensibili tam egregie favet, ut vis ejus diaphoretica ab omnibus concelebretur. Et hoc quidem caeteris praestat diaphoreticis,

quod

† Spraezel. Experim. circa venena Exp. 15. et sequent. apud Haller, Diss. pract. V. 6. Hall. de Corp. Human. irritab. in Comm. Gontingenf.

‡ Spraezel. Experim.

quod neque nauseam moveat, neque nimis urgeat sanguinis circuitum; sed summa vascula potissime relaxet: Ideoque si cum emeticis aut diaphoreticis, quae fortius stimulant, jungatur, tolerabilius, tutius, et potentius remedium hoc pacto praebet. Cum sudore quoque interdum punctiones cutis et aspritudines excitat, nec infrequenter inter primos ejus effectus aliqua quasi puncta in cute, maximeque in facie, sentiuntur. Quod ad cutis affectionem attinet, videtur miliariae speciem referre, et in iis praecipue casibus proclivem esse, in quibus bene largae doses exhibentur; utique si multus diu sudor calido regimine foveatur. Exstat singularis ad hanc rem pertinens historia hominis spasmo correpti, cui post multum opii assumptum superveniens miliaria ab intermisso opio evanuit, resumpto recruduit †.

§ 6. *Motus voluntarios sedat, et soporem plus minus profundum inducit.*—Censebat Doct. Young, caeteros fere effectus opii a somnifera virtute explicandos; inconsiderate tamen, quum, fatente ipso, saepe vigiliis, maximeque in assuetis hominibus protrahat. Ut plurimum quidem somnus, aut somno similis quies, citius feriusve ab opio conciliatur.

† Confer Trallei. us. opii. p. i. pag. 138. Lon. Med. Obs. et Inq. vol. 4.



liatur. Si vero homini vim opii nondum experto detur exigua ejus quantitas, illius et corpus et animus mutationes, quales supra retulimus, prius fubeunt; et post aliquot horas, maxime autem circa horam decumbendi, arctior eum quam solebat somnus complectitur; aut somniosa, at dulcis quies permulcet. Eidem homini, si nimiam quantitatem largiaris, citius nunc alto sopore sepultus corrui; qui tamen neque in hoc casu tanquam primarius effectus censendus est, quippe quem antecedunt plerumque delirium, paralyfis, et interdum convulsiones.

§ 7. *Respirationem modo citiorem, modo tardiorem facit. Calorem corporis in sanis hominibus neque multum minuit, neque auget, nisi immodica dosi exhibeatur.*—Postquam soporem peperit, spiritus jam, uti alias in somno, profunde et tardiuscule trahitur. In apoplectico isto sopore, qui iniquam ejus quantitatem insequitur, respiratio gravis et laboriosa est, interdum cum rhoncho. Caeterum ex debita dosi, dum vigilat homo, spiritum fere ad normam sanitatis reddit accipitque. Post devoratum quidem opium, brevi manentem sensum coarctationis circa collum thoracemque multi percipiunt; eodem tempore cursus sanguinis per pulmones celerior esse videtur. Doct. Bard etiam agnoscit, respirationem initio tantillum citatam: Postridie autem tardam, cum suspiriis et anxietate, evadere expertus est. Prio-

rum medicorum de hac re doctrinas parvi facio, quia magis quod quisque sibi persuaferit fabulatur, quam quod evidenter comperit, fideliter exponit. Quibus enim persuasum est, sanguinem ab eo rarefieri et vehementer promoveri, hi respirationem valde citatam et difficilem ab opio semper fieri affirmant. Contra qui vim ei tribuunt spissandi sanguinis, respirationem absolute et omnino tardiorum produci, necessario contendunt. Calorem corporis quoque pro sua quisque opinione aut minui aut augeri praejudicat. At nemo quidem nunc dierum, opinor, inducetur ut credat paucula opii grana sanguinem protinus spissare, aut rarefacere posse. Simul ac granum unum aut duo in ventriculum recipiuntur, faciei ruborem et titillationis aut punctationis molestae sensum, ego aliique plures experti sumus. Quicum in quibusdam facies turgida, oculorum fulgor aut distensio conjunguntur, ut non inepte dicatur opium sanguinem ad caput deferre. Nullum, quod sciam, extat experimentum ex quo colligere licet, calorem corporis sani ab opio multum minui aut augeri. Equidem vapor, qui de summa cute ab opio relaxata exhalat, prohibere potest, quo minus ascendat calor ad thermometerum. Post immodicas doses, ut sanguinis circuitum, sic calorem animale in signes, et invicem respondentes mutationes, subire probabile est.

## C A P U T III.

Quibus in morbis opio medici utuntur, proxime indicabo. Cum vero usus ejus tam late in medicina pateat, ut si summas rerum tantum attigero, in nimiam molem opusculum hoc excreveret; eos potissimum morbos putavi considerandos, quos, quia pyrexiam habent comitem, acuti nominantur.

*Febres intermittentes.*—In his curandis proposita sunt redituro occurrere paroxysmo, aut praesentem sic moderari, ut paroxysmus atque morbus felicius ad exitum perducantur. Haec vero proposita, modo non obstat diathesis phlogistica, aut in visceribus congestio, per ea exequimur remedia, quae vasorum actionem vel vigorem augment. Ex quo apparet, ut si leam causas debilitantes, quae paroxysmum excitant, quantum ad has febres constituendas conferat debilitas. Et quo magis elucescat opii stimulatix, ac adversus debilitatem febrilem praepotens virtus; id etiam locum in hoc albo remediorum obtinuit. Antiquitus quidem theriaca, aliaque id genus alexipharmica, Galeno auctore, adhibita fuere. Operaeque pretium est videre

dere quam valde Sydenhamus, parcus etsi eorum fautor esset, Alexipharmicis opiatis confidat; quorum scilicet auxilio inveteratas quartanas depellere tentavit †. Postea vero praevaluit cortex Peruvianus, nec debitis suis laudibus fraudandus. Caeteris autem auxiliis quandoque opus est, quae vim ingruentis paroxysmi debellare, viamque ad usum corticis parare possint. Hoc consilio, opium duplici ratione adhibetur. Et primum celebris apud Gallos olim medicus Berriat id utile invenit, in iis potissimum paroxysmis, qui vehemente rigore et tremore invadebant. Idemque monet, ut ante accessionem assumatur, spatio unius horae accurate interposito: Ita enim paroxysmum ex toto saepe prohiberi. Si maturius apyrexiae tempore usurpetur, curationem frustra esse: Si, durante paroxysmo, periculosa. Aliquot post annis evulgatus Lindii libellus exposuit non modo tutam, sed etiam perutilem opii in ipso paroxysmo exhibitionem. Docet enim, id quod permultis experimentis se reperisse profitetur, haustulo paregorico semihora post stadii calidi ingressum dato, fieri et mitiora praesentis paroxysmi symptomata, et perfectiorem exinde intermissionem; adeo ut minor corticis quantitas, quam alioquin res exegisset, curationem absolvat ‡. Neque quid

† . . . D . . . incommodi

† Vid. Sydenh. method. cum cautelis in oper. Sect. I. cap. 5.

‡ Essay on the Diseases of Europe in hot climates, App. ed. 1768.

incommodi ab opio expertus est, aut metuit, nisi jam occupavit delirium, quod etsi opio non augeri contendit, scite tamen monet curationem, donec id desierit, differre. Similiter sub caloris stadio vel accedente horrore datum successisse alibi traditum est †. Et novissime Dom. Duchanoy Parisiensis suas ostentat curationes ejusdem ope remedii, bihorio ante accessionem adhibiti, expeditas ‡. Sed, ut verum fatear, ulteriorem indagacionem res desiderat, ut probe dignoscatur cui febris speciei, et quo tempore maxime conveniat hoc remedium. Namque Berriati methodus, ut quaedam interdum commoda praestitit, sic interdum nocuisse lego: Et illam Lindii parum votis auctoris respondisse suspicor propterea, quod de pervicacia intermittentium querelae audiuntur passim, narcotici eorum remedii laudes fere nusquam. Est autem ubi intermittentes, vel intermittentium aemuli paroxysmi terrore aliisve animi perturbationibus excitantur, quibus, si tardius subvenitur, consuetudo vim et pertinaciam addit. His opium videtur esse accommodatissimum ||. Foeminam novi,

quae

† Murraii appar. Medicam. v. 2. Eodem modo a praeclaro Gregorio patre in Nosoc. Edinb. quondam adhiberi solebat. Brandreth. Diff. Inaug.

‡ Mem. sur l'usage de narc. dans les fievres intermitt.

|| Vid. Tralles, p. 2. cap. 2. sect. 4.

quae febre, in calidis regionibus contracta, et inde in ty-  
pum quotidianum degenerante, per multos annos labora-  
vit. Ærumnis domesticis pariter et morbo nullis victo re-  
mediis confecta, medentes obnixè rogavit, ut parvula sibi  
dosis opii concederetur; neque tamen impetrabat, metu-  
entibus iis dyspepsiam, bilis, et nescio quid humorum ad  
viscera congestorum. Amicus meus eruditissimus clemen-  
tior illis, quum cognosceret febrem bene mane redituram,  
animique perturbatione semper aggravatam, aliquando  
etiam interdium excitatam, guttas xx liquidi laudani hora  
decumbendi sumendas suavit. Infomnem fere noctem du-  
cebat; at, quod mirum, febris nec mane salutavit nec toto  
die rediit. Sensim aucta dosis pacatiores produxit somnos,  
febremque aequè prohibuit. Demum usu opii, ne in con-  
suetudinem abiret, interpellato, paroxysmi, rariores licet  
et mitiores, recruderunt.

*Febris continua τυφώδης.* Quicumque notas typhi singu-  
las accurate perpendat, huic nullum, ut opinor, remedium  
magis sese commendaret quam opium; utpote cum vires,  
animumque ad tempus erigat, pulsum reddat majorem,  
anxietatem levet, somni solatium polliceatur, imo fere  
omnia febris symptomata levando aptum esse videatur †.

Et

† Vid. Boerh. Aphor. 631. et sequent.

Et seculo quidem superiore usurpari coepit, invalescente tunc apud medicos opinione malignitatis, quam alexipharmicis, et bezoardicis, in quibus opium semper fere delituit, subigere conati sunt. Sydenhamus autem, remedia id genus improbando videtur sua auctoritate effecisse, ut opium quoque minus in febribus exinde adhiberetur. Etiam si enim paregorica tantum, ut nemo magis, laudaret, eis tamen nunquam utebatur, antequam febris a primo suo impetu inclinata fuit; nisi diarrhoeae pertinacioris sistendae, aut tumultus sedandi causa, quem ipse excitasset. Boerhaavius, etsi vim opii stimulatricem agnovit, qua motum circulatorium intendat; idem tamen calori febrili opponenda suavit diacodiata. Quod praeceptoris sui monitum ita explicat Suietenus, quasi nunquam initio febris usurpanda censeret; at, caeteris incassum adhibitis, tum demum ad ea confugiendum esse †. Delirio quoque febrili Sydenhamus plenam opii dosin largitur, si, evacuantibus praemissis, delirium per plures dies saeviret, aut post duodecimum diem oriretur. Itidem recentiores animadverterunt, non alio citius remedio leniri istud ex febre natum delirium, quod nec aucta pulsuum celeritas neque signa phrenitidis comitantur. Hujusmodi delirium interdum  
sub

† Aphor. 691.

sub febris synochi vel typhi decursu occupat; maniae similitudinem prae se ferens, et, veluti mania, largas opii doses saepe desiderat †. Quinetiam in decursu petechialis, aut gravioris alicujus typhi, si nimis fusa sit alvus, opio tunc opus esse plerique existimant ‡. Si vero dictata eorum audiamus, qui maxime auctoritate inter medicos antehac pollebant, opii in febribus usus perangustis terminis circumscribitur; cum potius periculis progrediente morbo contingentibus, aut discedente relictis mederi, quam ipsam febrem depellere, sit creditum. Imo non defuerunt, qui ab omnigena febre id proscribunt. In his Hoffmannus, Trallesiusque, de vi rarefaciente hallucinantes, usum ejus reformidarunt. Quod Hoffmannus parce ac restricte in plerisque morbis opio uteretur, immodicae, quam de liquore suo anodyno fovebat, opinioni aliqua ex parte tribuendum est. Quos igitur non magis idoneos in hac causa habeo testes, quam infensum opii inimicum Stahlum. Satis jam gravibus medicis probata est doctrina, quae febris naturam in debilitate ponit. Haec vero debilitas, secundum corporis oeconomiam, spasmum extremorum vasorum accersit. Spasmi sic excitati pertinaciam facit

vis

† Cullen. Praelection. Practic. vid. etiam Stork, An. Medic.

‡ Sydenham, sect. 1. cap. 4.—Swieten. Comm. in Boerh. Aph. 722.—Pring. le Obf. p. 3. C. 7.—Stork An. Med. 2dus.



vis contrahendi in arteriis omnibus supra modum adaueta. Et quo pertinacior ex hac causa spasmus sit, eo propius ad synochae speciem accedit febris; eoque alienior opii usus. Siquidem stimulo suo protinus novum dat impetum sanguini, qui ad cerebrum congestus turbas inde cedere potest, subsequente cum diaphoresi, si qua forte diaphoresis per vascula nedum facile cedentia expectanda sit, vix compensandas. Itaque, primis synochi diebus, si adest diathesis phlogistica, dum evacuantibus opus est, ab opio abstinendum conclamant omnes. Longe autem dissimilis est ratio ejusdem synochi in posteriore suo stadio spectatae. Enimvero post aliquot dies vis ista arteriarum atque adeo sanguinis impetus effringuntur, jamque unice superest typhus; cujus si causam proximam hacce methodo explorabis, vix ullam praeter debilitatem invenies. Siquidem vis contractionis in arteriis spasmus facit in extremis vasculis pertinacior; illa diminuta, hic solvetur. Esto quod valida vasorum actio aliam habeat causam, aliud sui sustentaculum praeter spasmus; cessantis tamen renixus ratio non alia, ut opinor, reddi potest quam totius corporis debilitas\*. Itaque huc redit quaestio, an febrili debilitati conveniat opium? Id ut credat animus sequentibus inclinatur argumentis.

I 110,

\* Vid. Cullen's First Lines, vol. I. paragr. 63, and 64.

1<sup>mo</sup>, Pulsus, etsi paulisper ab opio cerebriores, non ita multo post ampliores evadunt.

2<sup>do</sup>, Proinde vasorum actionem facit liberiorem, prohibetque quo minus recidant spasmus et renixus. Sicubi enim incidat citra renixum spasmus, ad eum levandum caeteris quibuscunque antispasmodicis longe praestant\*.

3<sup>tio</sup>, Tuta ac commoda opii in febribus intermittentibus administratio hanc nostram sententiam tueri videtur.

4<sup>to</sup>, Vini cum opio comparatio et illius notissima utilitas.

Non sum nescius quam male audiat apud aliquos opium, quasi excretiones cohibendo, sitim augetet, et decretorias febrium purgationes impediret. At nemini hodie persuadebunt, ut naturalem exitum gravis febris ignave expectet, si quid ad manum auxilii est, quo decursus ejus praecidatur. Nonne autem mille aperiuntur in cute fores per quas profugiat peccans materia? Quod si per hoc cribrum semicocta colari non potest, nihil est quod timeas; mox alio fortasse dilabatur, aut malignus hostis in carcere suffocabitur. Sedulum testor practicum, qui in  
hunc

\* Cullen. Mater. Medic. de opio. Young on opium, p. 161.

hunc modum de hac re differit. In ephemera puerperarum (a weed), seu ea ab animi perturbatione, sive ex perspiratione cohibita oriatur, matura et satis magna opii dosis praesentissimum aliquando remedium est. In diuturnioribus etiam et peioris indolis febribus, ubi aegrotans pervigilio, dolore, vel multa exinanitione debellatur; tunc quoque tantum abest ut crisi obsistat, ut potius vires sustentando eam promoveat\*. Non adeo importunam credo fore sitim, quam gignit opium, quin debitis potionibus expleatur, aut levi somno fallatur. Quod si praeter expectationem succedant infomnia molesta, cephalalgia vehemens, vel arida cutis cum pulsu crebriore, non infitendum est temere in ejus usu; at potius, si stimulantibus opus est, vino utendum. Sunt enim, nec pauci, ita natura comparati, ut difficulter opio assuescant, minimasque doses moleste ferant. Vinum autem perpaucorum gustui ingratum, aut naturae alienum est. Acida quoque et aquosa parte intime dilutum ita temperatur, ut minore cum incommodo id experiaris, si qua phlogistica labes, uti non infrequenter accidit, in typho lateat.

In iis autem febribus, quarum solutio exinanitione aliqua nititur, anceps vel plane nocivum est. Neque ideo

ad

\* Young on Opium.

ad graviolem puerperarum febrem convenire creditum est, nisi adsit post debitas evacuationes nimia irritabilitas, vel alvi dejectio, quo in casu emeticis conjunctum opium exhibere licet †. Id quoque erratico thoracis dolori mederi dicitur, si cum assaefetida miscetur ‡.

## P H L E G M A S I Æ.

Harum quidem anceps remedium est opium. Auctores tantum non omnes, quanquam aliter atque aliter de viribus opii, proximaque inflammationis causa sentirent; nihilo tamen fecius existimarunt id esse alienum. Quod si unquam immanis, et caeteris remediis invictus dolor periculum ejus facere coegerit, perexiguas quidem doses, hafque cunctanter atque trepida manu praebuerunt. Ac, ne vanae theoriae timorem tribuas, quoties quis audacior mediocres doses, saeviente inflammatione, exhibuit, plus ille damni quam fructus exinde percepisse, profitetur ||. Ut non sine aliqua ratione pronunciaret expertissimus Young

†

E

nocere

† White, Leake, and Hulme, on Puerperal Fever.

‡ Hulme, l. c.

|| Pringle, p. 3. cap. 2 —Young, l. c. § 4.

nocere id omnibus, quos missio sanguinis adjuvat †. Non ideo defunt, qui vim opii sedantem solum spectantes, paucisque exemplis nixi, speciosam adstruxerunt theoriam de opii usu in morbis inflammatoriis ‡. Quam qua digna sit accuratione examinare, si spatium esset, non recusarem. In praesentia autem “verum invenire volumus, non tanquam adversarium aliquem convincere.” Nec multis et exquisitis rationibus opus est, ut ostendatur opium adversari consiliis, quibus ad depellendam inflammationem praecipue utimur. Jam satis manifestum fore opinor opium ea dosi acceptum, qua quisque bene sanus medicus id accipiendum vellet, praeter sedantem vim, stimulantem quoque exercere, et hanc maxime in arterias. Quidquid autem arteriarum motum jam ante nimis vehementem intendat, alit vitium. At objiciet aliquis, vis sedans subsecuta, stimulum et opii, et morbi delere potest. Satisne hoc certum? Quid enim, quod brevi tantum spatio fortius micant in sano corpore arteriae, deindeque elanguescere videantur? Ecquis praevidere potest, quatenus haec incitatio inflammatorum vasorum progrediatur; annon ea potest in discrimen suppurationis vel etiam vitae adducere?

Quantum

† Lib. cit.

‡ Remmet Thes. de Us. Opii in morb. inflammatoriis.

Quantum vero suppurationem promoveat, ab ejus usu in variolis est discendum; quo tamen in morbo, nisi ad quintum, vel sextum potius diem id differas, non aliud feceris quam si fomitem foco admoveris. Imo tantum abest, ut vim motumque vasorum semper reprimat, ut intendat, et stabiliat: Quemadmodum fit in ista Necrosios specie saepe senibus, semper extremis partibus corporis infestam; quam, nisi debitam vasorum actionem excitaret, cito lethalem redderet †. Denique, ut auctores, qui ad firmandam theoriam proferuntur, huc appellemus: Quid sibi velit Huxhamus? Quid Haenius? Hic uncias quinque, vel sex olei lini cum grano opii, aut uncia una diacodii, subinde dedit, et saevas pneumonias sublevavit. Elegans quidem hic, et grati saporis haustulus, ad movendum stomachum alvumque peridoneus, quemque, si forte alicui persuadeas, ut ebibat, magnum aliquid praestitutum speres licet, modo satis ante sanguinis fuerit emissus; neque id praesidium, quod volo notatum, citatus auctor neglexit. Huxhamus vir gravis robusto cuidam pleurítico octodecim sanguinis uncias opportune mittendas curavit; indeque, levato dolore, aeger e lecto surrexit: Mox autem epoto multo pomaceo in graviolem febrem cum atroce lateris tormento,

et

† Pott's Works.

et pectoris angustiis recidit : Ad scalpellum recurritur, et ter intra nycthemeram vena pertunditur ; eodem quoque tempore ingentem sanguinis copiam extuffiebat aeger. Interea majusculas et crebras opii doses ingerebat, multumque ei tribuit, quasi sine quo periisset aeger. Ipse tamen singulare dicit hoc exemplum: Tantumque abest ut opium in peripneumonia liberalius eo commendet, ut ingentes doses prorsus interdicit; exiguas non ante permittat quam sanguis satis abundanter detractus fuerit, aut excretio cum importuna tussi aliquandiu perfliterit. Et notatu quidem dignum est, quod tussis mitigandi causa, opiata refractis admodum dosibus praescribat †. Sin De Haenio fidem habeamus, opium, cum emulsis aliisve remediis sic datum, ut ejus tantilla pars quavis hora sumatur, pulchris iis caret effectibus, quos idoneae doses, longiore intervallo repetitae, praestare solent ‡. Minus etiam ad rem pertinet Storkii testimonium. Hic peripneumoniam exanthematicam vel miliariam, utram harum sit non bene perspicio, tractat : Circa crisin opium exhibet : Inde exanthematicis prorumpentibus febris atque dolor levantur. An igitur

† Huxham on Fevers, and Observations on the Air and Epidem. Diseases. vol. 3.

‡ Rat. Medend. v. I: de variolis.

tur ipse auctor opium pneumoniae remedio fore colligit? Minime quidem †. De opii usu in variolis, unde aliud pro antiphlogistica ejus virtute argumentum, posthac dicetur. Hic autem operae pretium est animadvertere, hunc morbum, si naturalis sit et vehemens, certa habere stadia, quorum unumquodque medicinam caeteris alienam desiderat. In primo diathesis phlogistica praevalet: In secundo debilitas, et hoc stadium saepius et maturius forsitan supervenit, quam plerique crediderunt. Quinetiam, quo vehementior sit diathesis phlogistica, eo citius finitur. Hic vero morbus Sydenhami temporibus valde malignus erat; ideoque probabile est diathesin priorem maxima ex parte decessisse priusquam is usum opii instituere solebat.

## V A R I O L Æ.

Opium in hoc morbo usum, etsi Mortono aliisque ante eum medicis collaudatum, Sydenhamo tamen hodierni maxime referunt. Is in specie confluyente incipiebat, et ad undecimum usque diem pergebat laudanum suum, vel maxime syrupum de meconio, prima vespera quotidie praescribere:

Ab

† Ann. Medic. Imus.



Ab undecimo die mane et vespere id repetere solebat. Quin et in discreta quoque specie, si circa octavum morbi diem facies non intumesceret, pustulis interim satis dense se exferentibus; sed flaccida esset, et pallerent pustularum interstitia, paregoricum e vestigio hauriendum praecepit. Neque ante id stadium prohibuit, si nimis vigiliis aeger turbaretur. Et quo majorem opio conciliaret gratiam, asseverat id nunquam ptyalismum cohibere, at potius cohibitum revocare, aut certe malis ab ejus defectu ortis mederi. Junioribus autem, nisi spasms aut pustulis mali moris tententur, opium non aequè convenire arbitratur; cum in somnum magis propensi sint, et diarrhoea iis fisci possit, non absque damno †. Qui a Sydenhamiana praxi aliquantulum deflexerunt, opium tamen retinuerunt. Idque divinum remedii genus Friendius aestimat, depressas ante maturitatem pustulas elevando, delirium, et caetera inde orta mala avertendo, apprime idoneum: Ac sputa ne minime interim reprimere confirmat ‡. Item Meadius tutum commodumque dicit, si post finitam eruptionem sit adhibitum §. Sydenhamus, et magis etiam

Mortonus

† Sydenham. oper. sect. 3. cap. 2.—Sect. 5. cap. 4. Dissert. Epist.

‡ De purgantibus.

§ De variolis et morbillis.

Mortonus alvum, quantumvis ob diuturniorem opii usum, et ex natura morbi, adstrictam movere volebant; tamen, ut ipse fatetur Sydenhamus, sub ultimis morbi diebus haud raro accidit alvum ita constipatam esse, ut tum vero suffocetur aeger, et pene de eo conclamatum videatur †. Quod incommodum praevidentes medici nunc fere omnes statuunt alvum subinde subluendam, adhuc maturefcentibus pustulis. In secunda etiam febre, sive ea phlogistica sit, sive putrida magis, alvo liquata perinde opus est. Medicamentum non aliud opio valentius est, si pustulae parum elevatae pallidaeque tardius maturefcent. Si pulsus debilis cum refrigerio corporis, urina tenui et aquosa, aut ventris fluore; quicquid horum est ad opium, nulla interposita mora, confugiendum est ‡. In hanc sententiam concedunt prope omnes, nec refragari videntur Tissotus et Simpsonus §: Qui tamen ejus in secunda febre usum vituperant, et inter maturandum parcius exhibere volunt; ea praecipue de causa, quod alvum et salivam cohibeat, aut humores summam cutem versus nimis promoveat. Quomodo adstrictionem alvi praecaveamus, jam supra dictum:

† De Feb. putrid. variol. confluent. superven.

‡ Confer Huxham on Fevers, Young on Opium, Tralles. p. 2 § 1.

§ Tissot de Variolis, &c. apud Sandif. Thesaur. Medical Ess.

tum: Et si quid periculi sit, ne saliva in statu morbi com-  
 pescatur, huic malo subvenire licet per lene aliquod eme-  
 ticum vel catharticum. Neque contemnenda praestat in  
 lenioribus casibus commoda, quum suppurationi pustu-  
 larum faveat, et molestias levet: Idcirco Tissotus ipse,  
 quod mireris, exiguum opii puerulis permittit; caeteri-  
 que minus iniqui iudices justas ejus doses in omnibus fere  
 casibus, qui remedio indigent ullo, largiuntur. Quorum  
 tamen haec monita sunt notatu digna.

*1mo*, Ne opium ante adhibeas, quam pustulae omnes  
 prodierunt, nisi ex diarrhoea, vel alia quacunque causa,  
 vehemens aboriatur debilitas. Puerulis quoque, qui con-  
 vulsionibus crebris atque validis aliquandiu ante eruptio-  
 nem corripuntur, satis magna opii dosis unicum reme-  
 dium est\*.

*2do*, Sub id morbi stadium quo pustulae desiccantur, si  
 subsint tumor faucium, spiritus difficultas, aut cum valido  
 pulsu delirium, opium interdicere oportet, aut certe exi-  
 nanitiones debitas ei praemittere.

#### RUBEOLA.

Confer. Sydenh. diff. Epist. Praecl. Cullen. First Lines, § 631.

## R U B E O L A.

In hoc, aliisque nonnullis exanthematis, subest materia acris per sanguinis circulum diffusa, quae canales nimium, nisi narcoticum nostrum occurreret, irritare posset. Prodest etiamnum magis ad tussim atque diarrhoeam; quarum illa in initio adest, post eruptionem, maximeque post desquamationem molesta esse saepe solet, pneumonica mala excitans, aut certe exasperans. Hoc consilio, si primis morbi diebus, vel ubi diathesis phlogistica praevalet, opio utaris, exinanitiones debitae praemitti debent †. Plerumque tussis adeo importuna est et vehemens, ut vires admodum exhauriat; inde vultus pallidus, vox debilis, hebes oculorum acies. Ægrum in has angustias redactum opii iusta dosis mira cum celeritate saepe liberat. Alvus supra modum liquata vires consumendo efficit, ut papulae tarde appareant, aut maturius evanescant. Opium fere unicum hic remedium est, cum alvum potentius cohibeat, diffusilique suo stimulo corpus reficiat celerius, quam aliud quodlibet medicamen, quocunque id titulo magnifice effertur.

†

F HÆMORRHAGIÆ.

† Young, l. citat.

## H Æ M O R R H A G I Æ.

Haemorrhagiae spontaneae multum inter se differunt. Aliae, quas activas vocant, diathesin inflammatoriam habent causam atque comitem; et a pulsu frequente validoque dignoscuntur. Contra, aliae ex stimulo non inflammatorio, et atonia praecipue vasorum unde sanguis effunditur, pendent. Pulsus in hoc genere quam in priore minus validus, at frequentior, pallidior vultus, profluvium copiosius, et signa debilitatis gravioris inde supervenientis. Plerumque symptomatica est, et activam saepe excipit\*. Multum refert, ut haec genera vel stadia discernamus; namque opium in priore plane nocivum est; in posteriore praestantissimum; quum vasorum, quae sanguinem fundunt, irritabilitatem minuat, eorumque adeo contractioni det spatium. Duo saltem casus sunt, in quibus usus ejus aperte indicatur. Scilicet in haemoptysi, quia molesta saepe tussis vasa pulmonis distrahit: Ibi, ratione diathesis phlogisticae prius habita, opium prodesse potest: Ad menorrhagiam in mobilioribus, et spasmo obnoxiiis feminis, ubi dolor et debilitas, id unicum fere remedium est.

## CATARRHUS.

\* Cullen's First Lines.

## C A T A R R H U S †.

Catarrhus, five frigore five contagione exortus, opium saepe desiderat. Sed spectanda sunt stadium, et vis morbi. Inchoantem catarrhum cum lassitudine, sternutatione, pulsū parum vel solummodo vespere citato, dosis una vel altera haud infrequenter solvit. Procedente morbo, si superveniunt pneumoniae vel cynanches signa, pulsusque validus; tunc sanguinis missionem res exigit, et opium plerumque nocet. Est autem, ubi tussis vehementius quam pro gradu inflammationis urget; diuque post hanc depulsam superest: Quibus in casibus expedit tantis ejus dosibus quotidie uti, quantae secretionem mucī, et irritationem possint minuere; namque a nimia atque diuturna secretionem in senescentibus catarrhus senilis; ex irritatione perpetua haemoptysis, atque phthisis in adolescentibus, fere oriuntur. Videtur securior esse opii, in primis stadiis, exhibitio, si aut lenibus sudorificis jungatur ‡, aut pulmones vapore aquae calidae simul foveantur §. Potentius

tius

† Cullen. Class prima Ord, 5. genus 42.

‡ Pringle's Observations, part 3d, chapter first.

§ Mudge on the Catarrhal Cough.

tius proculdubio inveterascenti catarrho opitulatur, si exercitatio commoda assiduaque, et vesicatoria vel fonticuli in auxilium advocantur. Perpetuum est ut opium, modo justa fuerit ejus dosis, excreationem reprimat; quare plerique medentes id reformidarunt, cum uberiora sputa catarrhi, uti et plerumque pneumoniae solutionem indicent. Sed tenendum est, quod, quanquam sputa paulisper post assumptum opium sistantur, postea tamen propter remoram crassiora et copiosiora rejiciantur, et id quidem leviori molimine. Nonne autem convenit per paulo longiora intervalla in catarrho, quam in aliis morbis, opium repetere, ut spatium detur rejiciendi mucii, qui congestus fuerit? An trochisci bechici cum opio, vel similes formulae, quae paulatim deglutiuntur, aequè profint, ac certae doses certis intervallis adhibitae?

### D Y S E N T E R I A.

Saeva in hoc morbo tormina et frequentes dejectiones opium postulare videntur: Ac medici complures id vel ab initio male praebuerunt. Quum vero retentae sint plerumque alvi faeces naturales, quibus ejectis, et labes intestinorum, et dolores feliciter quam per breves, quas opi-  
 um

pium dat inducias, discutiantur; fatius est curationem a catharticis instituere\*. Peracta tamen purgatione, si dolor adhuc urget, nec pyrexia adest vehemens, convenit opii tantas doses interponere, aut cum ipsis evacuantibus miscere, ut intestina citra obstipationem sedentur. Laudantur quoque medicamenta e tartaro emetico, vel ipecacuanha cum opio composita, quae, quia cutem verius humores determinant, intestinis levandis, et pyrexiae minuendae apta sunt †. Dysenteria, quae calidis in regionibus grassatur, maturiorem ejus usum, auctore Lindio, exigit ‡. Interdum hic morbus specie diarrhoeae ingreditur; quod ubi accidit, modicae opii doses quaque nocte, vel ab initio permittendae sunt §. Hoc Cleghornii monitum est, qui tamen id prohibet, dum vehemens pyrexia adest: Sed ad inveteratum jam morbum, praemisissis evacuationibus, liberalius adhibere solebat. Tormina compescunt, et crassiorum intestinorum constrictionem solvunt clysmata, quoties immitti possunt, demulcentia; queis adjectum fuerit  
laudanum,

\* Vid. Baker de Dysenter. Tralles, Zimmerman, et auctores ab eis citat.

† Pringle on Diseases of the Army.

‡ Diseases of Europeans in warm Climates.

§ Cleghorn on Diseases of Minorca, Hillary on Diseases of Barbadoes.



laudanum, vel simile opiatum †. Alvi etiam laevitas qualis dysenteriam excipiens diu vexare solet, cum adstringentia atque tonica, tum opiata postulat, in quibus confectio Japonica, et diascordium primum obtinuerunt locum. De his autem, quod et de aliis opii formulis, dicendum sit, observemus oportet, quod eorum effectus vix ultra decem horas supersint; quapropter plus semel in nycthemera repeti debent, ut laxitas corrigatur. Expedi quoque fortasse opium ea forma dare, qua facillime in ventriculo solvatur; quocirca pilulae saponaceae nonnullis maxime arrident.

Haecenus de praecipuis morbis phlogisticis, qui opio mitigantur, aut depelluntur: Caeteros permultos, quibus divinum hoc remedium dicatur, persequendi hic non locus est. Mens fuit de variis opii dosibus, et medela eorum, qui nimis largam quantitatem devorarent, paucis disquirere; sed utraque res difficili multo, et incerto negotio implicatur. Profundus ob opio natus sopor non alio fortasse auxilio citius discutitur, quam vomitu. Quinetiam, si solida id forma devoratum fuerit, optandum est, ut ventriculus tarde solubile venenum rejiciat. Sed musculi deglu-

titioni

† Pringle, l. c.—Doct. Donald Monro on Diseases of Milit. Hospit.

titioni famulantes, necnon fibrae oesophagi et ventriculi resolvuntur. Itaque parum valent medicamenta emetica. Reliquum est ut experiamur methodum, quam praeclarus noster Monroius solet suggerere. Introducto scilicet tubulo, per oesophagum immittenda est abunde aqua, vel ] similis, qui facile parabilis fit, liquor; deinde fistula pneumatica, *syringe* dicta, exantletur iterum atque iterum liquor, donec probe eluatur stomachus. Quod ad caetera excitantia satis diserte cecinit Poëta.

Και σύ δὲ μηχανὸς κέβληγονοῦ ὅπποτε δακρυ

Πινῶσιν πεπυθόιο καθυπνεῖας

Αἷψα δὲ τοῦ δ' ἑκάτερθε δια ρεθὸς εὐρεὸ πλησῶν,

Ἄλλοτε δ' ἐμβόσων. ἔτε δὲ κίωσσοντα μαλασσών,

Ὀφθα κατηβολέων ὀλοὸν δια κῆμα κεδάσση,

Τημος δ' ἐξεργυθῶσιν ἀλεξομένους κακὸν ἀλγος.

Νικάνδρ. Ἀλεξίφαρμ.

F I N I S.



